

---

## Verzeichniß der Urkunden.

---

### *Num. I.*

**E**go Potho de Turgow ad universorum notitiam tenore presentium cupio pervenire, quod quia serenissimo Illustri Principi Domino Joanni boemie & Polonie Regi ac lucemburgensi Comiti cum munitionibus meis Hradist & Arnaw, perpetuo adherere ac Servire, contra omnem hominem toto posse meo, vice & nomine prestiti Juramenti promisi, & promitto, ipse mihi proinde trecentas marcas grossorum Pragensium Regii pagamenti dare promisit, & in eisdem ac damnis, que cum quadraginta viris armatis, in ipsius Serviciis pertulero, mihi oppidum suum Hoff, cum militibus & vallis ac incolis tam ad ipsum oppidum, quam ad civitatem Trautenav, & castri ibidem exclusis, nec non cum & in Trautenau & in Hoff spectantibus, per ipsum dominum Regem, vel ex parte sui de dictis trecentis marcis grossorum, & damnis mihi predictis inibi fuerit satis factum, sibi vel heredibus, vel successoribus suis Regibus Bohemie, difficultate, occasione, excusatione, & dilatione qualibet, procul motis de dictis pignoribus cedam & etiam condescendam. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli mei appensione munivi. Datum Prage III. Idus Januarii anno Domini Millesimo, trecentesimo, decimo sexto.

*Ex M. S. Balbini.*

**A**

*Num.*